DE

[A]NGINA MEMBRANACEA.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS
IN
[U]NIVERSITATE LITTERARIA BEROLINENSI,
UT SUMMI
IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES
RITE SIBI CONCEDANTUR,
DIE VIII. M. MAII A. MDCCCXXVII.
H. L. Q. S.
PUBLICE DEFENDET

AUCTOR
IGNATIUS CONRADUS DUNKER,
GESEKANO-GUESTPHALUS.

OPPONENTIBUS:
F. VERING, MED. DR.
A. BLUMENSAAT, MED. CAND.
F. PUELLENBERG, MED. CAND.

BEROLINI.
TYPIS REIMERIANIS.

Aegroti omnes sanari non possunt: medicus enim Deo
potentiam anteiret; verum dolores sedare, morbos int
cipere atque obscurare, medico fas est.

Aretaeus Cappadox,
de curat. morb. diuturnor. Libr. 1. Ca

PLURIM. REVERENDO DOMINO

CHRISTOPHORO DUNKER,

PAROCHO WEWELSBURGENSI,

AVUNCULO CARISSIMO

AD CINERES USQUE VENERANDO,

HASCE

LITTERARUM SUARUM PRIMITIAS

IN

AETERNAM PII AMORIS MEMORIAM

SACRAS ESSE VULT

GRATISSIMUS AUCTOR.

Prooemium.

Ex vasto illo materiarum medicarum campo nginam membranaceam dissertationis mihi actandam elegi, non quo crederem, me sinılaria aliqua, vel plane inaudita hoc de mor- proferre posse, quibus praestandis nec teues meae vires, nec parca sufficiet experiena, sed ut legi academicae satisfaciam obrvata, quae de illa in diversis operibus ispersa occurrunt, non absque aliquo critico xamine colligere et in unum redigere tenvi. Docti viri in tenui hoc specimine dectus facile quidem invenient, quos tamen iveni auctori e collegiis vix egresso gratiose, t spero, condonabunt.

AUCTOR.

Definitio.

Angina membranacea (angina polyposa, an gina trachealis humida, suffocatio stridula the Croup in Anglia, the bladder in th throat in Anglia nova vocata) est tracheiti dis species, febri inflammatoria conjuncta praedominante nisu in transsudationem lym phae coagulabilis, in laryngis, tracheae, bron chiorum cavum; quo sonus aliquis singulari mutatae vocis et tussis, anxietas magna e suffocationis periculum inter tussim gignun tur.

Morbus partim sporadicus, saepius etian epidemicus; an contagiosus? adhuc sub judic lis; pars medicorum naturam negat contagio sam, sed non desunt qui asserant, inter quo *Rosenstein*, *Marcus* et *Gölis*, qui contendun ejus contagium transferri posse, si sani in fantes in atmosphaera, quae hoc morbo labo rantem circumdat, diu manerent; quod a aliis negatur.

Pars historica.

Hic morbusnum veteribus jam medic notus fuerit, haud facile unquam certe d cernitur. Quamquam enim in *Hippocrat* *Aretaeo*, *Galeno* et pluribus aliis vestigia r

riuntur ad anginam membranaceam spec-
ntia, tamen vero haec descriptionem per-
ctam hujus morbi non continent, unde pa-
it ejusdem naturam jam prisco aevo inno-
sse.

Ex scriptis quidem *Ballonii*, *Horstii*,
nneti, *Tulpii* elucet, anginam membrana-
am hoc tempore diligentius observatam
ie, sed medio seculo elapso plures hunc
orbum sub variis titulis descripserunt, in-
quos celeberr. *Homius* maxime eminet,
i tanquam novo lumine istam illustravit,
symptomata omnia perfecte ac rite de-
ripsit.

In Germania praecipue promeruit cele-
r. *Michaelis*, qui egregia sua monogra-
ia permultum ad perfectiorem hujus morbi
gnitionem contulit; ex quo dein tempore
aeclarae descriptiones in Germania compa-
erunt.

Iorbi symptomata, eorumque decursus.

Nonnunquam morbus subito accidit; ple-
mque vero symptomata cum catarrho sim-
ci conjuncta: coryza, raucedo atque tussis
nnullis diebus praecedunt, praeter quas
pe nonnulli dolore obtuso in larynge et
eriori parte tracheae afficiuntur; interdum
orescentiae adparent in facie, hinc inde
nent glandulae colli, serius ad vesperas
is febricula, aegri quaerulosi, tristes, pi-
, delassati; quae symptomata levia, facile
parentibus nil mali suspicantibus, dum ca-

tarrhum simplicem indicari aestimant; sae
pissime negliguntur.

In morbi progressu autem ulteriori a
que angina membranacea confirmata, tuss
sonum illum singularem edit, morbo huic ver
specificum, raucum, plerumque altum, rar
profundum, simulque dolorem adfert in pa
tibus adfectis; vox rauca, acuta, striden
sono pullorum gallinaceorum non dissimili
aut clare sonans, quasi ex tuba veniret m
tallica; respiratio, praecipue inspiratio sib
lans, pipiens, stridens, laboriosa; anxie aeg
in lecto se jactitant, facies multum turg
atque rubet, nonnunquam autem pallet, a
plumbeo, caeruleo tingitur colore; oculi fu
gentes in lacrimis navigantes protrusi, art
riae temporales et jugulares intumescunt, c
fortiter pulsat; pulsus frequens, celer, duru
saepius contractus et suppressus, quam lib
et plenus.

Nulla respirationis difficilis causa in c
vo oris et faucium detegitur, tonsillis cert
quae nonnunquam aliquantum tumescunt, n
ita impedientibus.

Nunc nisi morbo therapia convenie
opponatur, celerrimo progreditur passu, r
spirationis difficultas, inquietudo, anxiet
continuo crescunt; et sine intermissione pe
durant; dolor in trachea, initio tantum obt
sus, nunc pungens saepe fit, atque laryng
attactu et capitis motu augetur.

Et nunc saepius in laryngis regione a
teriori adparet tumor parvus, qui cum co
primitur, dolorem efficit. Tussis, semper c
leriter atque majori cum vehementia redie

aepe conjungitur vomituritione et vomitu
nateriae partim albescentis spumosae, par-
m pseudomembranae vario modo coloratae,
aepius alboflavae, splendentis, nonnunquam
riseae, bruneae, rubellae, imo nigro viri-
is, quae refert strias variae latitudinis, vel
oncretiones globosas, polyposas, aut tubulo-
as ad formam cavi tracheae et bronchio-
um; frusta haec non raro punctulis ornan-
ır parvis, striis vasculisque sanguineis. Vo-
itum sequitur aliquod aegri levamen, re-
piratio paulo liberior, anxietas minor, sed
d tempus tantum; nam cito morbus pristi-
am resumit ferociam.

Febris, ab initio major aut minor, sed
erte raro deficiens, nunc continua et vehe-
nentior, pulsus frequentia ita crescit, ut tan-
em vix numerari possit, debilissimus, mol-
s, intermittens; urinae, quas videmus antea
nflammatorias, flammeas, bruneas, nunc
unt parcae, albae, sedimentum deponentes
uriforme. Si a morbi initio non adfuerunt
pasmi et convulsiones, quod saepe fit, nunc
altem saepissime morbo adsociantur, quae
o fortiores atque frequentiores, quo juniores,
ebiliores sunt aegri.

Aegri nunc jacent in statu soporoso, ex
uo per tussim, minus nunc siccam, in pauca
ninuta tantum excitantur, aut anxietate
naxima cruciati in lecto continuo se jacti-
ant, mutandoque corporis situm levamen
uaerunt, quod capitis reclinatione magna, et
edum manuumque suffultione aliquo modo
dsequuntur, in hoc enim situ, profundius
espirare, aegris concessum. Laryngem, qua-

libet respiratione propulsum atque alte trac tum, manu sapius tangunt, more quasi auto matico. Nonnunquam summa vi ex oris cav protrahunt linguam, ut sanguis fundatu Extrema anxietate pressi manibus in capillo dentibus in manus saeviunt, eos, qui adstant, am plectuntur clamantes lamentantesque, atqu viribus fatigati in lectum recidunt.

Tandem in quolibet respirandi conat musculi abdominales, cartilaginei costaru ultimarum fines, cartilago ossis sterni xypho dea tam profunde retrahuntur, ut dorsum a tingere videantur; os atque nares ample hian vox fere exstincta, inspirationem pipiente sequitur exspiratio anhelosa, serius inspirati fit stertorosa; facies pallida obtegitur sudo frigido et viscido; labia plumbea aut carule oculi fixi; palpebrarum et colli vasa sangui tument, arteriae temporales vehementer pu sant; cor tremit et sic tandem mors mis randam finit scenam, agrorum sensu et r tione saepe brevi tempore antea reversis.

Talis morbi consuetus est decursus, primo aut secundo jam die mors consequitu interdum autem inter tertium et septimu diem, et exempla adsunt, quibus constat, po septimum diem secutam esse mortem, quo praesertim adultis, laxis atque torpidis co tingere solet.

Secundum peritorum experientiam no nunquam perspicua remissiones, imo inte missiones observatae sunt, quarum neque t pus est, neque certum temporis spatium, pl rumque sex aut octo horarum spatio term

tur. Interdum aegroti etiam inter remis-
nem repente sunt mortui.

In cognoscendo hoc morbo ergo sequentia
mptomata essentialia observanda sunt:

1) *Singularis ravis et raucedo vocis.*
2) *Tussis cum sono singulari, plerumque alto.*
3) *Difficultas respirationis, supra memorata.*
4) *Febrilis morbi natura.*
5) *Indoles ejus, quod ore ejicitur, antea descripta.*

Morbi exitus.

Morbus aut transit in sanitatem, aut in
rbum secundarium, aut in mortem.

Sanitati morbus cedit consuetim inter
ntum et septimum diem, et quidem per
lorem universalem, copiosum; per largam
rium haemorrhagiam, vigente inflamma-
ne; per urinas turbidas, mucosum sedimen-
n deponentes, criticas. Si lymphae trans-
latio praecaveri non potuit, illaque jam in
ncretiones et massam tenacem coagulata
, sanitas per ejectionem et vomitum harum
ncretionum recuperatur; respiratio fit libe-
r, tussis et suffocationis impetus imminuun-
r. Expulsio tamen illarum concretionum
pius perdurat plures per hebdomades.

Morbo feliciter devicto, saepe mala sub-
uentia remanent, praecipue timenda, si
xitium congruum justo serius adhibitum
Talia sunt: tussis, raucedo, vox debilis
vera aphonia, magna tracheae sensibilitas

et in spasmos inclinatio, pulsus febrilis, asth ma; quae aegrum morti vix ereptum magi vel minus diu vexant.

Mors autem varia: vel suffocatione ac sciscitur, quam partim plenaria per pseud membranas et lympham coagulatam trachea bronchiorumque oppletio, partim rimae glo tidis coarctatio, partim incrassatio epiglott dis, aut materiae lymphaticae exsudatae i pulmonibus accumulatio efficiunt; vel ap plexia, spasmis atque convulsionibus; parti etiam virium exhaustione ex febris veh mentia, magno respirationis labore et coh bito aëris atmospherici influxu, quo in ca tussis penitus silet, respiratio sensim se simque fit debilior ac intermittens, et aegr candelae instar, cui detractum est, quo al tur, exstinguuntur. Non minus mors quoq pristina suppuratione et induratione laryng ac tracheae, inflammatione et suppuratio pulmonum inducitur.

In pluribus casibus, si inflammatio inferiore tracheae parte haeret, processus i flammatorius super bronchiorum ramulos extendit, quo in casu vera bronchitis adv nire potest.

Visa reperta.

Dissectis mortuorum cadaveribus, i flammationis extensio varia, nunc totam t cheam, imo bronchiorum ramulos occupa nunc magis partialis et restricta. Quamqua in raris casibus inflammationis vestigia tegi non potuerunt, hoc non ostendit: na

m hujus morbi non esse inflammatoriam. ıtea certe inflammatio adfuit, nunc autem ıtummodo ejus effectus, exsudatio, adest, ae mortem provocavit. Praeter materiam nphaticam, puriformem, spumescentem, erumque etiam pseudomembrana, aut totam cheam, aut illius tantum partem invenens atque obturans, in viis pneumaticis venitur; similes membranae deglutitae in sophago et ventriculo adparent. Nonnunam glandulae laryngis et tracheae aliaeque fines tumidae et induratae, pulmones saeıs sani nonnunquam sanguine nigro rubesnte impleti, hinc inde inflammati. Exnctorum aspectus saepe suffocatis et stranlatis similis est; oculi enim protrusi, sanine turgentes, colli et temporum arteriae nentes, facies coloris bruneo-rubri.

Morbi causae.

Aetatem infantilem praecipue inclinari hunc morbum, non amplius est dubitanm. Secundum experientiam enim hic mors maxime tantummodo invadit infantes a mo ad septimum usque etiam decimum, o ad duodecimum annum; rarius autem ılti ab illo corripiuntur. Cujus ratio ex jori organi, in hoc morbo eminenter adt., teneritate, sensibilitate ac irritabilitate; minus ex propria organismo infantili ertate sanguinis cum gelatina et lympha, m ex processu reproductionis praevalente, ile explicari potest. Amat ergo angina

membranacea parvulos robustos, plethoric
prae teneris et debilibus; pueros prae puelli

Causa occasionalis prima inter omne est refrigerium, inde igitur regimen nimi frigidum, subita temperaturae vicissitud saepius procreant hunc morbum. Non m nus ille mos, qui nunc praecipue viget, a cusandus est, ex quo infantes nudato capit collo et pectore circumeunt; sic etiam exp rientia satis docuit: regnante borea asper atque humido euro, autumno, hieme atq vere, item praecipue in humidis paludosisq regionibus, littoris magnorum fluminum oris maritimis anginam membranaceam sa pissime observatam esse. Praeterea huc spe tat educatio noxia praesentis temporis, q usus minus definitus carnium, vini, arom tum, potus spirituosi, infantibus non ra conceditur; hoc enim juvat plethoritate immaturam vegetationis incitationem, nisu ad exsudationem lymphae coagulabilis, inflammationem internam e. s. p.

Praeterea quoque aut statim post mo billos, variolas et alia praecipue acuta exa themata; aut post inflammationem tonsill rum, mollis palati, oesophagi et pulmonu invenitur angina membranacea, aut etia una cum illis.

De asthmate Millari acuto, morbo anginae membranaceae simili.

Angina membranacea interdum et pr cipue in initio nonnullam habet similitu

ɪn cum asthmate Millari acuto. Haec si-
ilitudo tunc maxime est conspicua, si sym-
omata spasmodica, et praesertim periodica
spirationis difficultas spasmodica sunt prae-
lentia; symptomata inflammatoria autem
itiora, quod in epidemiis jam observatum
t. Cum ergo discrimen cujusque hujus
orbi medico practico respectu diagnoseos et
erapiae maxime sit grave: notas characte-
sticas, quibus uterque morbus rite distin-
itur, enumerabo:

n angina membranacea.	*In asthmate Millari acuto.*
1) Morbus est in-mmatorius, in quo rfecta symptoma-m intermissio nun-am, atque systema- nervosi adfectio, pius omnino in rbi decursu prae-s, non est essentia- sed tantum symp-iatica.	Morbus est nervosus, a febrilis, in perfectas symptomatum intermissiones et paroxismos divisus.
2) Frequentius epi-nicus, quamvis spo-ice quoque occu-, certis sub condi-ibus contagiosus.	Sporadice semper morbus, minnime contagiosus.
) Praesente con-ıtione inflammato- et catarrhosa vi-es, robustiores, ple-ricos adgreditur.	Infantes debiles, irritabiles, nervosos, verminosos corripit, qualiscunque constitutio.

4) Stadium catarrhale cum symptomatibus topicis praecedit; et diu noctuque exordium sumit.

Optime valentes in opinato et noctu ple rumque invaduntur.

5) Dolor fixus in larynge et aspera arteria, tumentque subinde partes hae externae.

Dolor non fixus, tu mor in decursu laryn gis, tracheae nullu verum percipitur su insultu quasi constrin gens circa thoracem compressio.

6) Tussis est constans symptoma et quidem clangosa, latratui canis junioris similis, metallica, pipiens, qua sputum initio tenue, dein crassum, subinde tenax, tubulosum, muci coagulum tracheam insidens expellitur.

Tussis ut plurimum nulla, quae tamen adest, latratui can magni senio confec analoga, raucedin siccitate notata: v profunda, rauca, a pera.

7) Pulsus morbi stadiis respondet.

Pulsus admodum v riabilis, modo cel modo tardus, mo spastice contractus.

8) Urinae secundum morbi periodos variae: naturales, rubrae, rubescentes, jumentosae cum sedimento albo.

Urinae aquosae, p lidae, sic dictae sp sticae.

9) Symptomata nervosa in ulteriore tantum morbi decursu

A morbi princi usque ad finem ad rent.

cidentalia superve- ınt.	
10) Proclivitas in ɔorem magna.	Coenaesthesis exaltata.
11) Genae rubent, ıli splendent, calor ctus intensus.	Facies pallet, pupilla dilatata, calor fere naturalis, extremitates frigidae.
12) Cadaveris secne facta, interna ɔerficies laryngis, cheae bronchiorum- e inflammata et cum npha coagulabili deta, animadvertitur.	Nulla nec inflammationis nec transsudationis signa deteguntur.

Natura et dotes pseudomembranae.

Quum pseudomembrana in hoc morbo n magni sit momenti, non supervacuum t, ipsam attentius considerare.

Pseudomembrana est vera lympha coaabilis, ad internam laryngis, tracheae bronɔrumque superficiem inflammatam transata, ibi plus minus expansa, levius aut nius adnexa.

Non differt ab illa, quae post venae secıem in placenta missi sanguinis crustam mat inflammatoriam.

Analysis chemica partes pseudomembraconstituentes has detexit: ammonium cum animali empyreumatico, aliquid hydroıii carbonatici, in quo adhuc pauxillum empyreumatici solutum est, carbonem duum splendentem, nigrum, constantem

ex muriate calcis, carbonate calcis, oxy
ferri, pauco magnesii oxydo et parva terr
(probabiliter siliceae) quantitate.

Sedes membranae sunt larynx, vari
tracheae partes et bronchia, nonnunquam p
totam tracheam in bronchiorum ramulos e
tenditur; illius crassities multum variat:
tenuitate chartae scriptoriae usque ad cras
tiem lineae et ultra.

Nunc cavitates et tracheae protuberant
omnino repraesentat, nunc sub tubuli vari
magnitudinis et crassitiei, aut frusti memb
nacei, globosae concretionis, aut polypi ram
forma adparet.

Color plerumque est albus, rarissime ca
didus, sed interdum aliis coloribus mixt
flavo-albus, cinereo-albus, rubellus, fusc
etiam niger observatus est. Saepe muci
nuitatem habet et expansa facillime lace
tur, sed consistentia illius et firmitas nonn
quam tam magna, ut pergamenti ad ins
viribus resistat lacerantibus. A nonnullis
pseudomembranis vascula sanguifera visa su
ab illisque vita organica non denegata;
vero semper naturam inorganicam esse
tarunt.

Prognosis.

Prognosis hujus morbi plerumque est i
qua, saepius enim angina membranacea
symptomatibus, quae initio levia tantumm
videntur, inopinato intrat, consuetim cele
ter procedit, symptomata atrocissima pro
cens, creberrime mox morte terminatur.

Plus, quam dimidia pars, infantium ab c morbo correptorum hucusque succubuit; curatius mortalitatis modus determinari vix test; character enim constitutionis regnan-, epidemiarum singularum, conditionum lemicarum, tempus et methodus auxilii gnam adferunt differentiam.

Quo juniores infantes, eo majus est peri-um; apud hos enim status inflammatorius eriter finitur, vires facile exhauriuntur, ris mox accipit characterem nervosum, sis cum spasmis respirationis organorum focationem minantibus, conjungitur, et aliae rporis partes exhaurientibus spasmis con-sionibusque corripiuntur.

Robusti, bene nutriti, plethorici infantes rumque vehementius aegrotant; hinc inde majus periculum inducuntur, quam debi- ac teneri.

In regionibus septentrionalibus, et tem-e autumni hiemisque angina membrana- secundum experientiam semper est peri-osior, quam in regione ad meridiem et tivo tempore. Sic etiam eo periculosior morbus, quo longior jam illius duratio, serior remediorum congruorum adpli-o.

Symptomata morbi periculum indican- sunt: Respirationis difficultas continuo cens; tussis crebra, spasmis et convulsio-us conjuncta, et loquela, potus haustu, fle-e: aliis incitationibus externis facillime tanda; pulsus mollis, debilis, celerrimus, rmittens; rara membranarum crassarum ciumque ejectio; facies admodum rubens,

aut caerulescens; jactitatio continua, anxie-
tas summa.

Auxilio autem mature adhibito, condi-
tiones oppositae prosperum eventum promit-
tunt, et tunc fausta signa sunt: sudor uni-
versalis in stadii inflammatorii fine; sangui-
nis profluvium, praecipue narium haemorrha-
gia larga, inflammatione adhuc vigente;
urinae transsudatione vix incipiente, turbi-
dae, largum sedimentum deponentes album
mucosum; sub mercurialium usu alvus c
piosa, muco viridi mixta, caeteris sympt
matibus morbosis remittentibus; transsud
tione jam facta, sonus peculiaris, strepens i
ter respirationem, solutionem indicans pse
domembranarum; crebra earum per vom
tum ejectio, nec non deglutitio.

Remissiones in hoc morbo saepe fallac
prognosim non admittunt faustam atque t
tam; nam majore cum vi iterum sequunt
impetus.

Therapia.

Sanatio hujus morbi variis modis te
tata est. Cum vero neque certa method
medendi neque quod dicunt specificum rem
dium adsit, in eo optimorum practicoru
experientiae consentiunt, hunc morbum ve
esse inflammatorium, ergo etiam antiphlo
stice tractandum. Haec autem dictio u
versalis non est sufficiens, nam method
medendi ad stadia ac symptomata hujus mo
bi accuratius constitui et mutari debet.

Juxta experientiam medicorum omniu
et secundum progressum celerem, angi

embranacea tantummodo efficace atque con-
ua methodo medendi sat mature adplicata,
ıci potest.

Duabus indicationibus cura absolvitur:

I. Infringenda est inflammatio, et eo ipso transsudatio lymphae coagulabilis impeditur.

II. Solvendae et removendae sunt pseudomembranae jam formatae, et simul excitandae vires, quatenus per necessariam methodum medendi hoc licet.

Ut satisfiat *primae indicationi*, sine mo-
sunt remedia efficacissima adhibenda, in-
haec autem princeps est: *sanguinis eva-*
atio. Haec topica aut universalis, etiam
aque pro casus individualis diversitate in-
atur. Medici aevi praeteriti plures topi-
m cum universali, venae jugularis inci-
ne, conjunxere, simul sanguinem ad ani-
deliquium usque detraxerunt, sed non
rvis premitur difficultatibus, hujus loci san-
inis fluxum compescere, praeprimis quod
let in angina membranacea, cum continua
grorum jactitatio atque necessitas, omnem
lli pressionem sollicite evitandi, remedio-
m adplicationem, ad sanguinis fluxum com-
scendum consuetorum, impediant; vix etiam
e operatio, quoad effectum, detractioni
nguinis ex alia vena majori praeferenda
t; sanguinis detractio ad animi deliquium
que incertam admodum mensuram ponit.

Valde peccatur autem sanguinis detrac-
one universali frequente, quatenus ea fit

nullius ratione habita. Indicata ea est, e
statim satis large perficienda: in casibus gra
vissimis, magnis ad caput congestionibus, fa
cie admodum rubente, periculo suffocation
minante, in senioribus, robustioribus, pleth
ricis infantibus aut adultis e. s. p.

Uti enim in omnibus veris inflammati
nibus, sic etiam in angina membranacea in
terdum vis inflammationis statim hac de
tractione frangitur. Commodissimo modo f
in brachio; medicus praesens copiam sangu
nis detrahendi ex pulsu, faciei et labioru
respectu, respirationis conditione, determ
net; venam sectam ligari non prius jubea
donec pulsus frequentia remittat, suppress
attolatur, facies et labia praerubra et turge
tia pallescant, respirationis difficultas imm
nuatur. Non raro altera et plures indicant
sanguinis detractiones.

Ut plurimum sufficit sanguinis evacuat
topica, quae hyrudinum adplicatione comm
dissime obtinetur, atque scarificationibus i
commodis praeferenda est, sed celeriter
large institui debet. Ubi dolor localis sede
morbi accuratius indicat, sanguisugae qua
prope fieri potest, in loco, cui inest dolo
alioquin in inferiore colli regione haud pr
cul ab initio sterni adplicantur, ubi sangu
nis profluvium facillime inhibetur. In sing
lis casibus, in quibus inferior tracheae pa
praesertim sedes est inflammationis, in pe
tore inter costas optime hirudines adplica
tur. Pro morbi vehementia, aegri constit
tione atque aetate, morborum regnantium ch
ractere, sanguinis copia detrahendi vari

unciis duabus minores raro unciis sex
res indicantur; sanguinis fluxus ex medici
itrio, sanguisugis etiam delapsis, adhuc
eri potest.

Effectus sanguinis detractione obtinendus
entatur enematibus lenitivis, cataplasmati-
ad collum emollientibus, fomentationibus,
piratione vaporum emollientium ex aqua,
e; semicupiis, pediluviis, summa autem
a adplicandis, ne refrigerium capiatur; —
rne autem remediis emollientibus, mucila-
osis emulsionibus; haec quidem adjuvan-
sunt remedia admodum utilia, sed raro
bo vincendo sola sufficiunt. Magnae hoc
morbo virtutis est hydrargirum, eligitur
umque ex hydrargiri praeparatis: *Mercurius*
cis. Illius usus tamen non suadendus prius,
m inflammatio venaesectione sit refracta,
si ab initio jam ita mitis, ut illa non
oscatur. In conveniente usu calomelis in-
mmatio adhuc perstans optime refringi, et
ommoda transsudationis lymphae praeca-
possunt. Dosis ex morbi vehementia,
i aetate et constitutione determinatur.
ntes unius aut duorum annorum $\frac{1}{2}$ gr.;
ores $\frac{2}{3}$ — 1 gr. cum saccharo singulis ho-
capiant; et sic continuandum est, donec
es, pulti similes, pituitoso — lutulentae,
virides aut subfuscae alvi adpareant, quas
svetim eximia inflammationis deminutio
itatur. Tormina autem et dolores in ab-
ine notabiles, atque diarrhoea valida mox
ulant moderationem additamentis opii,
natibus obvolventibus ex amylo e. s. p.;

mox etiam hoc remedium omnino interir
seponi debet.

Si vero sub tali tractatione stadium trans
sudationis lymphae coagulabilis ingressur
est: respiratio saepius massa lymphae coa
gulatae, striis membranaceis aut concretio
nibus tubulosis praegravatur, et vita aegro
in periculum venit. Nunc summa cura e
necesseraria, ut partim gradus adhuc pe
stantis inflammationis aut solius sensibilitat
in larynge et trachea, partim character fe
bris atque universalis virium status accura
cognoscatur, et inde cum respectu spasmo
rum, qui hic saepius accidunt,

secundae indicationi satisfatiendum es
Quapropter primo bene notandum est: pl
rumque in junioribus non robustis nec pl
thoricis infantibus, in hoc stadio vires m
gis aut minus debilitatas, et tantum in s
nioribus, robustis ac plethoricis infantibus,-
in primo stadio (inflammationis) antiphlog
stice non efficacius tractatis, — adhuc m
dice excitatas esse; imo interdum — salte
in initio hujus stadii (transsudationis, sep
rationis, crisis localis) — etiam efficacior
In hoc stadio adhibenda sunt:

1) *Remedia expectorantia.* Sulphur s
biatum aurantiacum, cujus dosis singula
infantibus junioribus $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{2}$ gr. vel solu
aut cum calomele vel ipecacuanha conjun
tum; similem effectum quoque exhibet su
phur stibiatum rubrum. Commendanda a
huc rad. Polygalae, Senegae, Squillae. Etia
Kali sulphuratum valde laudatum est a ce
berr. Prof. *Senf*; qui infantibus 1 — $1\frac{1}{2}$ a

rum pro vehementia periculi omni secunda
t quarta hora 1 — $1\frac{1}{2}$ gr. porrigi jussit,
si periculum in mora erat, dosim auxit.
ub solutionis in aqua cum syrupo, aut pil-
larum forma cum succo liquiritiae prae-
ripsit.

Praeterea vapores emollientes, semicupia
pediluvia adhiberi merentur.

2. *Cutem stimulantia.* Vesicantia nempe
sinapismi ad collum, laryngem, tracheam,
it in nucham vel pectus, inter scapulas, ad
umeros aut suras adplicata.

3. *Antispasmodica.* Extractum hyoscia-
ni, — opium, — camphora, — moschus, —
ssa foetida (sub forma enematum) — cas-
reum, — aqua laurocerasi; — cum prio-
ibus conjuncta v. g. Calomel cum extracto
yosciami aut camphora; — Sulphur stibia-
um aurantiacum cum extracto hyosciami et
amphora; — Calomel cum moscho, quam
ombinationem celleberr. *Wiegand* praecipue
uadet: nempe 2 — 4 gr. Calomelis cum $\frac{1}{2}$
— 1 gr. moschi omni hora sumenda.

Lotiones aromaticae atque balnea non
arum ad sanationem adferunt.

4. *Emetica* magni momenti sunt, si tus-
is strepens solutionem lymphae et pseudo-
nembranarum indicat, atque ob non sequen-
em earum ejectionem singultus semper cres-
it, ac suffocatio minatur. Ipecacuanha et
artarus stibiatus medicis consueta sunt eme-
ca, prior praeferenda, si diarrhoea timenda
st. Ad has concretiones ejiciendas

5. *Sternumenta* etiam commendanda sunt Celleberr. *Lentin* in hunc finem suadet usum pulveris florum tiliae.

Non minus hanc curam adjuvant vapores tussim facile moventes, uti: ex aqua cum aceto aut ammonio carbonico, — ex infuso Senegae, — Arnicae.

Remediis omnibus his frustra tentatis atque morte per suffocationem instante, remedium adhuc superest, effectu admodum dubio, adplicatione difficillimum, desparatum

6. *Tracheotomia.* Frustra haec tentabitur, si pseudomembrana profunde in trachea et bronchiis lateat, aut bronchia oppleta sint materia lymphatica; si respirationis impedimentum, pulmonum spasmus aut paralysis adsit. Neque parvis premitur ejus adplicatio difficultatibus ob laryngis infantilis exiguitatem, praecipue vero ob continuum sub inspiratione et exspiratione illius ascensum et descensum.

In *reconvalescentia* debilitas relicta universalis, sensibilitas et irritabilitas localis remediis congruis, tam roborantibus et nutrientibus, quam emollientibus; — aëre puro, diaeta conveniente, tollenda; et ad praecavendum morbum recidivum omnes sunt evitandae causae occasionales, supra commemoratae, in quibus praecipue refrigerium.

CURRICULUM VITAE

EX DECRETO

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS BEROLINENSIS ADJECTUM.

---

go *Ignatius Conradus Dunker*, natus sum
esekae, urbe Guestphaliae, die XIX. Julii
ni MDCCCII. patre optimo, consule ejus-
m oppidi, matre dilectissima e gente *Scheck*,
am ante duos annos defunctam valde lugeo
mperque lugebo. Ad annum decimum quin-
m usque litteris in schola urbis patriae,
ae duce reverendissimo ac doctissimo *Laame*
ret, instructus, lares patrios reliqui et Pa-
bornam profectus ad Gymnasium Theodo-
anum, quo sub facibus rectoris maxime re-
rendi et celeberrimi *Hilker*, nec non prae-
ptorum reverendissimorum et doctissimorum
eg, *Evers*, *Püllenberg*, *Gundolf*, *Haas* et
eidenkamp — quos viros humanissimos pio
atoque animo semper colo — per sexennium
nnibus, quae ineundis litteris academicis
am muniunt, imbutus sum. Tum examine
iturientium absoluto 1823 universitatem an-
uissimam petii Vindobonensem, ubi ab Ill.
Jüstel t. t. rectore magnifico die XXII.
evembris in civium academicorum nume-
m receptus et ab Ill. *de Fiedler* t. t. De-
no medicinae studiosis adscriptus sum.

Hac in universitate his virorum Illustrissimorum lectionibus interfui: Ill. Baron *de Jaquin*, de plantarum Anatomia ac Physiologia, de Botanica et Chemia experimentis illustrata. Ill. Eques *de Scherer* Historiam naturalem et Mineralogiam mihi exposuit. Ill. *Meyer* Anatomiam universam copor. human. Ill. *de Lenhossek* Physiologiam cum experitis conjunctam et anatomiam superiorem. Ill. *Hartmann*, Pharmacologiam generalem et specialem; Semiologiam nec non Pharmacocatographologiam. Celeberr. *Mauermann* Pathologiam et Therapiam chirurgicam generalem et specialem et Akiurgiam. Celeberr. *Horn* Artem obstetriciam theoreticam; Ill. *Berndt* medicinam forensem me docuerunt. Dein ad clinicum practicum adductus, sub facibus Ill. *de Raimann* Pathologiae et Therapiae speciali cum praxi operam dedi. Celeberr. *Wadtmann* de Chirurgia practica fascias imponendi arte, cursuque operationum. Ill. *Rosas* de Ophthalmiatrica cum exercitationibus clinicis conjuncta audivi. Neque minus in domo parturientium duce Ill. *Klein* parturientes observavi atque tractavi.

Quibus absolutis exeunte anno MDCCCV Berolinum me contuli et a Rectore magnifico Ill. *Lichtenstein* die I. Mens. Novembri civibus academicis adscriptus has lectiones audii: apud Ill. *Rudolphi* Anatomiam pathologicam; Perill. *D. W. Hufeland* Therapiam specialem; Celeberr. *Eck*, Physiologiam.

Neque exercitationibus medicis defui quae viro Ill. *Neumann* dirigente gaudent.

Omnibus hisce Professoribus gratias quam
aximas debeo, eorumque in me bene me-
ta pia grataque mente venerari nunquam
esinam.

Tentamine examineque rigoroso coram
ratioso medicorum ordine rite exantlatis,
ero, fore ut, dissertatione thesibusque palam
efensis, summi in medicina et chirurgia ho-
ores mihi concedantur.

THESES DEFENDENDAE.

1.

Ebrietas omnes vesaniae formas mentitur.

2.

Mors generationi, non vitae opponitur.

3.

Hypochondriasis et Hysterismus morbi non sunt diversi.

4.

Unicus tantum datur sensus.

5.

Portarum vena, porta morborum.